



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Liber dissencionum archiepiscopi Coloniensis et Capituli Paderbornensis**

**Dietrich <von Engelsheim>**

**Münster, [1893-1897]**

57. Instrumentum, quo certi vasalli et civitas Paderbornensis sunt confessi, quod in incorporationem nunquam consenserunt et sua sigilla literis domini missis apposita negant.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54427](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54427)

nade, de Godt gespar uns gebiedende. Anno XXXII. under unssem secret.

Prepositus, decanus et capitulum ecclesie Paderbornensis.

Reverendissimo in Christo patri et domino, domino Conrado, archiepiscopo Moguntino, domino nostro graciosissimo presentetur.

Copia cuiusdam littere, quasi sub simili forma scripte ad capitulum Moguntinum per capitulum Paderbornense post dietam in Lonsteyn servatam.

56.  
1432.  
D. D. Das Schriftstück ist nach Inhalt und Wortlaut mit Ausnahme der durch die Adressirung gebotenen Abweichungen mit dem vorhergehenden Schreiben Nr. 55 übereinstimmend.

Copia instrumenti, in quo quidam de vasallis ecclesie Paderbornensis et proconsules civitatum reclamant, consensum ipsorum non affuisse in incorporacione, et etiam quod, si ipsorum aliquorum sigilla ad talem consensum essent appensa, quod talia essent adulterina.

Vom Original im Kgl. Staatsarchive Münster, Fürstenth. Paderborn Nr. 1520<sup>10</sup>, unter Weglassung der gerichtlichen Formeln, wodurch die Vollmachten der in dieser Angelegenheit bei der Curie bestellten Anwälte bis ins Einzelste spezifizirt werden.

Vergl. Schaten zum Jahre 1431.

57.  
1431  
13. April. In nomine Domini amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo quadringentesimo tricesimo primo, indiccione nona, die vero decima tertia mensis Aprilis, hora primarum de mane vel quasi, pontificatus sanctis-

simi in Christo patris et domini nostri, domini Eugenii, divina providencia pape quarti, anno eius primo in nostrorum Arnoldi Brandis et Bertoldi Gossentorpp, notariorum testiumque infrascriptorum ad hoc vocatorum et habitorum, necnon in presencia venerabilium et circumsectorum virorum dominorum Alradi<sup>1)</sup>, prepositi, Henrici de Haxthusen decani, Ottonis Spegell senioris, Alberti de Haxthusen prepositi ecclesie sanctorum Petri et Andree, Henrici de Driborch archidiaconi sedis Stenhem, priorum, Johannis de Driborch, Lodewici de Rostorp, cantoris, Wernheri Crevet, Tiderici Lappen, archidiaconi sedis Huxariensis, Hermanni de Oyehusen, thesaurarii, Stephani de Malsborch, archidiaconi sedis Horhusen, Tiderici de Engelsen, scolastici, Ravenonis de Papenheim et Conradi de Elmeringhusen, canonicorum ecclesie Paderbornensis capitulariter congregatorum personaliter constituti, illustris nobilis Bernhardus de Buren, strenuique, dominus Johannes de Valkenberch miles, necnon Hermannus Spegel, Henricus de Oyehusen senior, Johannes van Haxthusen, Cord de Elmeringhusen, Dydericus de Herse, Wichart de Enze, Heydenrik et Reyneke de Calenberghe, Borchard de Papenheim, Tidericus de Nyhusen, Henricus Klinghe et Johannes de Sunnerke, famuli diocesis Padeburnensis et ministeriales ecclesie prefate, necnon providi et discreti viri Henricus Ruwelin, Bado Brinkemans, Depmarus Person et Ludolfus Snaerman, proconsules, ac Depmarus Bozen, camerarius civitatis Padeburnensis, nomine sui consulatus et tocuis universitatis civitatis Padeburnensis matura deliberacione prehabita coniunctim et divisim retulerunt expresse, non vi aut metu aut machinacione sinistra circumventi seu

<sup>1)</sup> in unserer Handschrift ist hinzugesetzt „de Busche.“

inducti, sed potius honores, libertates et privilegia, quibus ipsi et eorum antecessores hactenus usi fuerunt et utuntur, conservantes, quod nunquam de ipsorum aut alicuius ipsorum scitu, consensu et voluntate tacite vel expresse pretensa incorporacio, unio sive annexio ecclesie Padeburnensis ad ecclesiam Coloniensem, quam reverendissimus in Christo pater et dominus Theodericus, archiepiscopus, asserit a bone memorie domino Martino papa quinto impetrasse, emanavit, et si quid in premissis actum, factum seu impetratum fuerit, ipsis ignorantibus, ymmo dissencientibus factum extitit. Etenim si aliquibus litteris de prefata incorporacione mencionantibus alicuius ex prefatis dominis vasallibus et civibus reperitur impensum,<sup>1)</sup> quod huiusmodi sigilla sunt adulterina et preter ipsorum requisitum consensum aut voluntatem adhibitam furtive appensa. Et reclamaverunt audito rumore de premissis et ex nunc reclamant et dissenciant, eligentes potius corporum et rerum dispendia subire, quam pretense incorporacioni assensum prebere. Et ut ecclesia Padeburnensis in iuribus, privilegiis, libertatibus et honoribus suis,<sup>2)</sup> quibus per tricentos annos usa fuerit, se exhibent, quamcunque defensionem, subsidia, ut tenentur, exhibere et se tamquam muros in resistendo pro domo Dei laborare. Et nichilominus,<sup>3)</sup> ut dicta ecclesia in iuribus suis illesa conservetur, prefati vero domini prepositus, decanus et capitulum citra revocacionem infrascriptorum et aliorum quorumcunque sindicorum et procuratorum hactenus per eosdem constitutorum, necnon vasalli, proconsules et consules et cives prenominati fecerunt, constituerunt, creaverunt et

<sup>1)</sup> scil.: sigillum. <sup>2)</sup> zum Verständniß muß conservetur ergänzt werden. <sup>3)</sup> bei Schaten: melius.

solempniter ordinaverunt suos veros syndicos et procuratores, actores, factores negociorumque suorum gestores ac nuncios speciales et generales, ita quod specialitas generalitati non deroget, nec econtra, videlicet venerabiles et circumspectos viros, dominos et magistros, Johannem Wallingh, domini nostri pape predicti capellanum et eius sacri palatii causarum auditorem, Xanctum de Umianis,<sup>1)</sup> advocatum consistorialem, Johannem Engelhardi, Nicolaum Homborch, Thomam Rode, Petrum Quentin de Ortenberg, Blasium de Roma, Hartlewum Konekamp, Hermannum Reckelinghusen, Henricum Vosseken, Sanderum Marteshusen, Johannem Stollen, Johannem Rickersen, Tidericum Alfhusen et Hermannum Kremer, in curia Romana causarum et audientia contradictarum<sup>2)</sup> procuratores absentes tamquam presentes, et quemlibet eorum in solidum, . . . presertim in causa . . . appellacionis . . . per dictos dominos prepositum, decanum et capitulum nomine ecclesie Padeburnensis, cleri, civitatum, vasallorum et subditorum diocesis Padeburnensis ad quondam . . . in Christo patrem . . . Martinum, divina providencia papam quintum et sanctam sedem apostolicam a . . . incorporacione et unione . . . ecclesie Padeburnensis ecclesie Coloniensi factis ut dicitur per ipsum quondam dominum Martinum papam, ac litteris et processibus desuper forsitan confectis . . . contra reverendissimum patrem . . . Theodericum, archiepiscopum Coloniensem, interposite. . . . Promiserunt insuper dicti domini prepositus et decanus nomine sui, dictarum personarum capituli et ecclesie prefate, necnon nobilis Bernardus de Buren et strenuus dominus

<sup>1)</sup> In unserer Handschrift „Ursinis“. <sup>2)</sup> audientia contradictarum nach du Cange: „Ubi auditis partibus contradicentibus iudicium pronuntiatur“.

Johannes de Valkenberg miles, nomine sui et supradictorum vasallorum ac eciam Henricus et Bado, proconsules, nomine sui ac consulum et civium civitatis Padeburnensis nobis notariis supra et infrascriptis, solempniter stipulantes et recipientes vice et auctoritate omnium et singulorum, . . . in futurum se ratum, gratum atque firmum perpetuo habituros, quidquid per dictos suos syndicos et procuratores . . . actum, factum, dictum, gestum procuratumve fuerit in premissis . . . sub ypotheca et obligatione omnium bonorum suorum presentium et futurorum. Super quibus omnibus et singulis sepedicti constituentibus nomine sui et aliorum suprascriptorum petierunt, eis a nobis notariis supra et infrascriptis unum vel plura publicum seu publica in meliori modo et forma ad dictamen cuiuslibet sapienter confici instrumentum seu instrumenta. Acta sunt hec in civitate Padeburnensi in loco supradicto, anno, indictione, die, mense, hora et pontificatu, quibus supra, presentibus ibidem discretis viris Henrico Allenhusen et Wilhelmo Lippespringe, clericis Padeburnensis diocesis, testibus ad premissa vocatis et rogatis.

Et ego Arnoldus Brandis, clericus Padeburnensis, publicus imperiali auctoritate notarius, quia premissis omnibus et singulis, dum sic, ut premittitur, agerentur et fierent, una cum discreto viro Bertoldo Gossentorpe, clerico Padeburnensis diocesis supradicto, ad huiusmodi actum connotario, testibusque prenotatis presens fui atque omnia et singula sic fieri vidi et audivi, ideoque presens publicum instrumentum, manu mea propria scriptum exinde confeci, quod signo nomine et cognomine meis solitis et consuetis signavi in omnium et singulorum premissorum fidem et testimonium requisitus.<sup>1)</sup>

<sup>1)</sup> Sein Notariatszeichen ist ein stehender Adler mit halb erhobenen Schwingen.

Et ego Bertoldus Gossentorpes, clericus Padeburnensis diocesis, publicus imperiali auctoritate notarius, . . . presens publicum instrumentum manu alterius, ut premittitur, fideliter scriptum, signo, nomine et cognomine meis solitis et consuetis signavi in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum rogatus et requisitus.<sup>1)</sup>

T(heodericus), archiepiscopus Coloniensis, Westphalie et Angarie dux ect.

Lieve getruwen! Uch is wale wysentlich, wie die domproist, dechin inde capittel unsir kirchen zo Paderborn inde die andere paffeschaff daselffs uns myt den crutzen inde processien inhoelden, do sie uns zo yren heren upnaymen inde uch uns als yrem inde uyrem heren hulden daden. So ist uch ouch wale kundich, wie frevelich inde unwillentlich die vorgeschrevene doemproist, dechin inde capittel sych seder eyne wyle zytz her geyn uns gehatt inde understanden hant, uns an unsir eren, gelymp inde gude zo swechen, inde eynen anderen heren zo erwerven, vergessende sulcher upnemonge, inhoeles inde huldongen vorschreven, inde ouch, daz irre eyn deils in dem capittill uns daerzo myt geloeffden bewandt synt, yre levenlangk weder uns nyt zo doin.

58.  
1434  
17. Mai.

Dez en is nyt genoch gewest, dan wyr han vernomen, daz sy nu van nuwes dem heiligen concilio zo Basil geschreven haben, aver<sup>2)</sup> umb eynen nuwen heren zo erwerven, inde uns vast vyll ungelympts upmessen, als ir wale sehn mogen in der copien hiryne besloissen.

Wyr getwiveln nyet, es en sy wall lantkundich, daz sie dairanne vergessen haint inde uns zo unreichte

<sup>1)</sup> Gossentorpes Notariatszeichen ist ein aus Ringen zusammengesetztes Kreuz, welches auf einem fünfstufigen Untersatze ruht. <sup>2)</sup> fogar.  
Stolte, Liber dissencionum.